



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Libellvs De Principalitate Romanæ Ecclesiæ**

**Roth von Schreckenstein, Hieronymus**

**Ingolstadii, 1550**

**VD16 R 3252**

Ecclesiam Christi Fidelium, Tunicam inconsutilem esse, & ob id uarijs  
sectis nequaquam scindendam.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30126**

## DE PRINCIPALITATE

mine. Est enim mater altarum omnium Ecclesiarum, quæ  
iocundabitur, cū filijs suis, eosq; de lateribus terræ educet.

**ECCLESIAM CHRISTI FIDE-**  
*lium, Tunicam inconsutilem esse, & ob id uarijs  
sectis nequaquam scindendam.*

**I**am uero animaduertendum quam scitè & eleganter Ec-  
clesia Christiana tunicæ inconsutili comparetur xxiiij. q.  
i. c. quoniam, ubi Beatus Hieronymus Ecclesiam indisci-  
scissam Domini tunicam uocat, ut enim tunica inconsuti-  
lis undiq; cohæret, sic membra Ecclesiæ undiq; per Chri-  
stum compacta esse debent, unico uinculo. Non is Luthe-  
ro, alter Zuinglio, Tertius Anabaptistis nomen det, sed  
omnes unicam Catholicam Ecclesiam profiteantur, quæ  
quemadmodum tunica inconsutilis indiscissa manet &  
manebit in æternum, etiam si Hæretici eam tot monstis  
toties scindere conati sint.

*Ecclesiam esse unicam Archam in qua  
Noe seruatus est.*

**N**ec minus eleganter Diuus Gregorius in moralibus  
similem Ecclesiam Archæ in qua Noe seruatus est,  
inquit, xxiiij. q. i. c. quia ex sola. Quemadmodum  
enim in Archa Noæ humanum genus & omnia animalia  
seruata